M0011009: Marcellus: De Medicamentis, 1536: page 58

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/mvt3uvyw

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org probern 2-

over abignite

Feftens

Sofrat feftens

or relique Infra

etia quocuca alio, oculos erues acu cuprea,& intra bulla uel lupinum aureu claudes, collogs suspendes: quod remedium quadiu tecum habueris oculos nó dolebis lacertú fanè eodé loco in quo ceperis dimittes uel etiá si fanguir nem de oculis eius lana munda excipias, each phœnicio conuoluas, colloca suspedas, uteris efficacissimo aduersum oculoru dolore remedio. Cancri oculus subtiliter sublatus & in phænicio coligatus collocp suspesus, lippitus dini incipienti medetur, si tamé remediu à casto homine fiat. De manu si nistra muscam capies, & du capies dicere debebis nomé eius cui remediu fa cturus es, te ad curados oculos eius musca prendere. tú uiua eam ligabis in linteo, & suspendes collo dolentis, nec retro respicies. Ad epiphoras ocu loru fedandas, limaces coplures tere in mortario nouo uel nitido, & adijce ibi ouu gallinaceu incoctu, & tinge illic lana succida, & fronti impone. Ad epiphoras oculoru pulté fabaceam fine sale, sine ullo uncto, tepida linteo/ lo inline, & oculis de nocte inpone, ita ut no alliges, cotinuo feruor recedit. Vt omnino non lippias, cu stellam cadere uel transcurrere uideris numera, & celeriter numera, donec se condat, tot enim annis quot numeraueris no. lippies. Ad lippitudine inter principia sedanda:in charta uirginem scribe ουβαικ,& licio quod in tela fuerit collo lippietis innecte. Incipiens lippi tudo mirifice & sine dubitatióe depelletur, si in charta uirgine scribas, & col lo dolétis licio suspendas, φυρφαραρ, & hoc præligame purus castus facias. Hoc etia remediu indubitate impetus oculoru si preuenias prohibebit, scriptu in charta uirgine. govβgs.gvovergas gneλιος ως.καντεφορα. και παντες naxoτes, quod ad collú dolétis licio suspendi debet.sed & cæpta atq; inuete rată lippitudine sedat, si in faciendo ac suscipiendo præligamine castimo, nia ab utroq; feruetur. In lamella aurea acu cuprea fcribes, opuo ou podla,& dabis uel suspedes ex licio collo gestadu preligamen ei qui lippiet, quod po tenter & diu ualebit si obseruata castitate die lunæillud facias & ponas. Ne anno perpetuo lippias, de acinis noué uue albe antequa uua gustes, no uies te inunges, ita ut intra oculos tuos grana fingula fingulis uicibus infun das. Stercus caprinú uino cospersum tritúch & inpositú oculis atq obliga tũ, omnẽ dolore tumorecp detergit. Oculos cũ dolere quis cœperit, ilico ei subuenies, si quot literas nomé eius habuerit, nominas easdé, totidé nodos in rudi lino stringas,& circa collú dolétis innectas. Si impetus doloré pre uenerit, absinthiu uetus & fuligine coteres diligenter, tu mellis quantu satis uidebitur adiscies,& denuo teres, atq ex eo oculos inlines, ualidisiime proderit. Ne anno perpetuo lippias, cu primu cucumere nactus fueris, in fon tana aqua eum per triduú esse in uasculo mundo permittes. deinde oculis adapertis facié tuá ea aqua fouere curabis. Qui crebro lippitudinis uitio laborabit, millefolium herbam radicitus uellat, & ex ea circulum faciat, utper illum aspiciat, & dicat ter, excicumacriosos, & totiens ad os sibi cira culum illum admoueat, & per medium expuat, & herbam rurius plantet. Quæ